Universitätsbibliothek Paderborn

Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Propositio XXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

Visual Library

PROPOSITIO XXXVII.

OMnium præterea mors & paſſio ſanctorum eſt imago Chriſti.

CENSVRA.

PAſſio ſanctorum eſt ſatisfactoria. Colo. 1. Gaudeo in paſſionibus pro uobis.

CONDEM. CENSVRAE.

HAec propoſitio ſuperiori cognata eſt, hoc tantum admonendus eſt frater, Paulum nihil de ſatisfactione locutum. Singuli ſancti ſingula membra ſunt eccleſiæ, & quiuis debet ebibere ſuum calicem. Quouſq; ergo aliquis ſanctus menſuram ſuæ paſſionis non expleuit, eouſq; deeſt ſiue ſupereſt paſſio Chriſti in carne illius, qui paſſurus eſt, in exemplum eccleſiæ. Chriſtus dedit nobis exemplum, ut nos ſequamur ueſtigia ipſius. 1. Ioan. 1. Sanguis Ieſu Chriſti emundauit nos ab omni peccato. Et Apo. 1. Vibice Chriſti ſanati ſumus ex æquo omnes, qui mortuꝰ eſt unus pro omnibus.

PROPOSITIO XXXVIII.

FIdes eſt duplex, generalis quam & dæmones habent.

CENSVRA.

COntradicit ſibiĳpſi, ponit ex ſe fidem non bonam.

CONDEM. CENSVRAE.

DE fide iuſtificante ſatis. Quod autem duplex ſit fides,